

Wc
573



Prosperè! Ter CLaræ DoMVI SaXonIæ
METRON EPICUM ET ANNALE,

quod
Serenissimis ac Celsissimis Principibus ac Dominis,

DN. JOHAN. ERNESTO, ^{II}

S. Wein

DN. ADOLPHO GVIL-
HELMO,

DN. JOHAN. GEORGIO,

DN. BERNHARDO,

Ducibus Saxonæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium,
Landgrafis Thuringiæ, Marchionibus
Misniæ, Principali dignitate Comitibus Hennebergæ,
Comitibus Marca & Ravensbergæ, Dynastæ in Ravenstein.


Principibus ac Dn. Dn. Dn. Dn. suis Clementissimis.
Animum submississimè gratissimum exhibiturus & felicia quævis
obedientissimè precaturus

Anni M. DC. LXVII.

*Exordiò fausto perquam humiliter consecrat
ac offert*

M. JOHANNES Schmiedt / S.S. Theol. Studiosus,
Poët. Laur. Nörolingensis cæcus.

J E N A E
Literis JOHANNIS VVERTHERI.



1667





GRATIARUM ACTIO.



Ante Deò metas veteris transcendimus anni,
Ordinurque novum rursus clemente favore
Mentis divinæ, primis Jani hisce, calendis.
Magne, potensque Deus, flammantis Rector olympi,
Dirigis imperiò mundi qui totius orbem,
Ac sustentandæ nobis das commoda vitæ,

Commoda servandi à fatali pectora damno:

Qui moderatorem versutum tristis Averni

Arte repressisti variâ, cum ferre periclum

Millia tentaret nobis mortalibus, unde

Jacturam grandem pateremur utraq; salute,

Quæ pretiò tandem nullò reparabilis esset:

Qui zelo, rigidi quatiatur turbine belli,

Non admisisti patrio Germania profus,

Ne caderet, jam tum quæ saucia Marte priori

Procumbit variè vario sub vulneris ictu:

Meram pestiferos attingere quique dedisti

Morbos, ut constat, paucorum funere, multi

Ultima fata sibi quibus impendere putabant:

Florida Saxonæ qui stemmata lumine clarò

Cernere fecisti sortem quamcunque saluti

Ex votis placidam damnorum fraude remotâ:

Pectore submissò trahimur tibi solvere grates

Pro immensa bonitate tua curaque paterna,

Tempore credentes quæis nos amplecteris omni.

Gloria summa Tibi debetur, & omnis ab omni

Gratia & æternæ præconia maxima laudis,

Quòd nos præteritò clemens tutatus es annò,

Ac conservasti tantò in discrimine salvos,

Ac utraq; boni nunquam non parte beatos:

Adferimus læti tibi pectora laude perenni,

Eque fide linguam celebrantia verba sonantem.

Non erimus tantæ certo bonitatis in omni

Immemores vita, potius fervore parati

Laudis ut insignes animò labiisque canamus

Grates, quæis nullus per secula terminus esto:

Nontantum donec vitales carpimus auras,

Ipso verum etiam pressi certamine mortis

Adque

Adque poli tandem transvecti regna beata;
Sic & in æternum dabimus tibi munera laudum,

PRECES.

Pater benigne, Rector alme temporis,
Jesu salutis omnium Deusque homo,
Origo lucis Spiritus Sanctissime,
Divina Numinis Trias mundi potens,
Quæ nomen ornas gratioso pectore,
Vultu paternò gratiæ nos respice
Non puniendo nostra vitæ crimina,
Et maxime cum tempus ultimum cadat,
In nos ruinam quod minatur omnibus:
Nos coelico cordis favore amplectere,
Ne bella reddant asperos vitæ dies,
Sed pace constanter fruamur aureâ.
Sat antè mentes traxit heu discordia,
Et Martis olim perdidere fulmina
Germaniam satis, recuset ut sonos
Audire tympani, tubæque militum.
Serva Deus nostræ salutis dogmata,
Ad regna quæ beata rectò tramite
Nos pertrahunt. Astra fac, in posterum
Tempus revisat, ne fides planè ruat,
Sed altiori surgat aucta lumine.
Concordiæ, candoris, atque mutuae
Dilectionis vinculum, quod triplicis
Virtutis est, fac perstet inter nos poli
Cum lucidi rotantur axes ignei,
Fac mæsta prorsus absit ut penuria
Potus cibique, pestis & crudelitas
Ut attrahat suas favente tempore
Totaliter vires humus Germaniæ.
Effunde dona mentis atque corporis
In Principes Celsissimos, qui Saxonum
Onus tenent sub æquitatis tegmine.
A rebus aufer publicis incommoda,
Quæ stemmati sunt fraude laudatissimo
Splendore nominis per arva maximo
Nunc eminentis atque vitæ plurimâ
Formositate præditi præ cæteris.
Effunde cœlitus bonorum millia
Centena mi Deus gerant ut Saxonum
Sceptrum Duces in orbe felicissimum.

Eteo.

Eteosticha votiva.

Iane bonls aVlbVs pernIX Vt & oMIne DeXtró
& Varlla VspICII sVb bonltate VenI.
NVntIVs & patrlas ortVs per VenIt aD oras,
VeXIt eVM aLltlbVs PhosphorVs aLbVseqVIs,
EXVLta VVLtVs & SaXonIs ora resoLVe, haC
InCoLVMes Patres LVCe VaLere t Vos.
ReX RegVM oblcqVÍó qVels Vos obstrInXIt In orbe,
VIVâ VoCe sonos fVnDIt ab ore probos.
SaXonIæ bene VIVe, VÍge Sorsa VCra perenné
GrandIbVs æqVa; bonls heVs Magè VIVe, VÍge.
PaX Te CVM! SVb paCe ster ara, & CVrla & aVLa,
SIt feLIXqVe TIBI pVbLICa prIVa SaLVs.







GRATIARUM ACTIO.



Ante Deo metas veteris transcendimus anni,

Orante favore

Me alendis.

Ma tis Rector olympi

Di orbem,

Ac a vitæ,

Commoda

Qui modera

Arte repress

Millia tenta

Jacturam gr

Quæ pretio

Qui zelo, ri

Non admisi

Ne caderet,

Procumbit

Meram pest

Morbos, ut

Ultima fata

Florida Saxo

Cernere feci

Ex votis pla

Pectore sub

Pro immens

Tempore cr

Gloria sumi

Gratia & æt

Quòd nos p

Ac conserva

Ac utraque

Adferimus

Eque fide li

Non erimus

Immemores

Laudis ut in

Grates, que

Nontantun

Ipso verum etiam premi certamine mortis

Adque



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Inches

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

